



I. N. J.

Diffusum est morborum in corpus humanum imperium, nullum ejus membrum à sævitiâ illius securum est. Ita omnes articulos corporis humani ejus Tyrannis exercet, ut totus homo morbus rectè dicatur à Democrito. Trecenti & sexaginta quinque dies annum absolvunt, totidem articulis quoque structuram corporis humani superbire quidam asserunt Anatomici. Verùm quælibet particula peculiari infestatur hoste. Et caput suos habet inimicos. nec auribus defunt eis qui insultent hostes, peculiare experitur inimicitias collum, non securum est hostium pectus, dorsum, & reliqua membra; ita planè verum est: Totus homo morbus. Quemadmodum enim mors cum vitâ nostrâ incipit, dum enim

A 2

ori-